

Dicitur de demoniis aliquid hanc dicitur de demoniis
foli vobis plena exhortatio co gestatione co
re p[ro]p[ter]a cui figura quae clara ex aio ex p[ro]p[ter]a
in corone tota facilitate p[ro]dicere tem dixi

oculis simili aueracioni. C[on]cone qua et
bui. H[ab]et p[ro]uenire ista ad notiam demoniū
p[ro]nōnulla ecce exprimita p[ro]p[ter]a ē. Sed vtrū
figma quedaz dēnt ex corpore co g[ra]tātu
illis sensibiliā nos aut latēta an allā vi sp[irit]u
riū ali ista co g[ra]tātē. à difficulte p[er] ab
homīb[us] à omnino p[er] mūemri. Q[uod] V[er]o
Vod autēz s[ecundu]m legi et diuinis
cessare noluerit et cōmūicādi
sūt. rōne et auctōniate p[ro]bat.

Q[uod] est enī quoddā genus cultu
re p[ro]dolo et ex demoniū d[omi]nacōlo futu
ra p[ro]ducere. Sicut enī auaritas q[ua] cultu deo
debitū nūmō impendit. dolo et cultor ab
ap[osto]lo noīatur. sic illi qui futura que ex dei
oraculo non unquam reuelata mūemū
vel demoniū d[omi]nacōe uel q[ua]buslibet p[er]f[ect]i
g[ra]ns mūemie laborat. diuinitatis una tre
anis attribuit. futura enī p[ro]stire solius
dei et qui in sui cōtemp[ora]ne etiā angelos

texeniciōt. aut. p[ro]p[ter]a ex
hi cap. lō. xxx.

Sacris officiis
v[er]bi missarib[us]

On oport[et] v[er]bi missarib[us]
sacris officiis de d[omi]no
g[ra]tios vel incitatores existē.
Lateria q[ua] aīaz suaz v[er]cūla
aut q[ua] talbo rebus vniuersit p[ro]c
iussimus. q[uod] tē ex d[omi]no tolte
piatulo. xxx.

Honore p[ro]p[ter]a
Sacerdoti autu[er]o
D[omi]n[u]s quis
Dep[art]it aut p[ro]fessor à diaconi
libat de ordinibus clericoz ar
citatores à anolos à c[on]traug
nlegos vel q[ua]p[er]ficietur artē ma
eo et filia exercētes cōsuluisse
fuerit. ab honore dignitatis
mōsterii curā ex cōpiat. ibiq[ue] p[ro]
me de d[omi]nus scelus admisiss[us] fa
uat q[uod] tē ex agathō cōutillo.



IX. B. 5 315.

45.

Sbd

~~D. 4. IX.~~

~~XXVIII. 9. ou~~

BR. LIBR. E. G. 1870.



DISPUTATIO

DE

JURE ARRESTI,

QVAM

In hac Legum nutrice Salana,

EX

Jussu & decreto Nobil.mi J Ctorum Ordinis,

S U B P R A E S I D I O

Viri Ampl.mi ac Consult.mi

DN. D. JOHANNIS SUEVII,
Antecessoris publici, Dicaesterii Provincialis, Facul-
tatis Juridicæ ac Scabinatus Assessoris Primarii, & p. t.
Rectoris Magnifici;

Præceptoris ac Promotoris sui quavis animi promptitudine
devotè & eternum colendi;
publicitus

in Auditorio J Ctorum

P R O

Summo Utriusq; Juris gradu consequendo,

placidæ disquisitioni exponet

JACOBUS MONACHUS,
Buttelstadiæ—Thuringus,

Ad diem 1. Maii horis consuetis promeridianis.

Just. Lipf. Lib. 1. disc. 15. man. ad Stoic.

Satis triumphat veritas, si apud paucos bonosq; accepta:
nec indoles ejus est placere multis.

J E N Æ

TYPISTEINMANNIANIS,

ANNO CL CI CXXX,

389.

22



V I R O

*Generofæ Nobilitatis proſapiâ ſplendidifimo,
Prudentia singulari & omni diuinarum
lārgitionum copiâ locupletifimo;*

Dn. GEORGIO à Werthern / Domino
in Beichlingen Wiehe & Frondorff &c. Caſare a Majef.
& Sacri Imperii Janitori hæreditario; Sereniss.^{mo} Electori
Saxonie à Consiliis intimis & Provincialis Curia
Lipſiensis Præſidi eminentiſſimo &c.

N E C N O N

V I R O

*Magnifico, Ampliſſimo, Conſultiſſimo, longoq;
at diuturno rerum uſu experientiſſimo;*

Dn. JOHANNI TIMÆO JCTo
longè celeberrimo, & Ser. mo Elect. ri Sax. a
à Consiliis intimis &c.

*Hanc inauguralement meam
Disputationem,*

In

Devoti animi iudicium,
Beneficentia incitamentum,
Studiorum patrocinium,

officioſiſime

offerō

JACOBUS Münch A.

In Nomine Domini nostri JESU CHRISTI.

PROPOSITIO I.

Arrestum licet vocem barbaram
(1) esse dicant, tamen eam jam
usus quotidianus Latinitate do-
navit; descendens ab arrestando,
quod compositum est ex restare,
sistere seu stare significans. (2) Est autem ar-
restare, de notissima fori consuetudine, quan-
do res vel persona ad mandatum Judicis sisti-
tur. (3) Ac quamvis id aliis pluribus indigi-
tetur nominibus, veluti sunt: *manuum inje-
ctio, impedimentum, interdictum, Jus sistendi,*
sequestratio, detentio, saximentum; magis tamen
arridet *arresti* vocabulum tanquam frequen-
tius, (4) & quô res specialiori insignitur no-
mene: (5) quod & retinetur in vernacula, *vulgò*
Arrest. (6)

(1) Spiegel. in Lex. verb. *arrestar.* Gail. tract. de Arrest. Imper.
c.i. nul. Tractat. *Jcti cuiusdam Anonymi de arrest.* præsertim Saxon.
c.i. pag. 5. vers. *quandoq; arresti vocabulum.*

(2) Terent. in Andr. act. 2. scen. 5.
Hic nunc me credit aliquam fibi fallaciam
Portare, & ea me híc restituisse gratiâ.

Et in Eunuch. act. 2. scen. 3.
Ut illum dii deæque senium perdant, qui me hodiè re-
moratus est;
Meque adeo, qui restiterim.

Sic Cito pro Ligari. Tertium est tempus, quō post adventum Vari
in Africa restitit.

(3) Nam postquam arrestum factum est, sistendum est;
Pyrrh. ad consuet. Aurelian. iii. de execut. ex locat. c. 7. v. habet casum,
quem refert Peckius in suo tractat. de jure sistendi c. i. n. 4. Galli qui-
dem aliò & communiori significatu arresta sententias sum-
morum tribunalium, quæ vulgo Parlamenta dicuntur, appelle-
lant. Unde quoque Peck. d. c. i. n. 1. existimat. vocabulum ar-
restum esse Græcum, τὸ ἀρρεστόν, quod incorruptum significat;
vel quod sententia supremarum illarum curiarum justissimæ
sit, aut esse debeat, vel quod ab iis appellari non possit; cum
Curiae istæ vice Principis judicent, à quo appellare fas non est;
text. in l. i. §. 1. & quidem ff. à quib. appell. non lic. Budens vero
ad l. fin. ff. de Senat. vult esse Græcum τὸ ἀρρεστόν; quod sententia
judicantium placitum sit seu decretrum; & proinde arrestum,
scribendum esse arguit. Verum, si verbum arrester Gallis et-
iam sistere & stare significat, quod ait Besold. in Thesaur. pract. verb.
Arrest. §. & arrestum descendit pagin. 52. nihil obstat, quod mi-
nus & huic significatiui nostra competat nominis deriva-
tio; cum ejusmodi sententiae standum sit, nec vietus ulterius
provocando progredi queat; per modò dicta. Qua utut sint,
liquet tamen duplēcē nominis nostri arresti occurrere significa-
tionem: unam in foro & judiciis Germania ubique usitatam,
pro impedimento quodam rerum vel personarum; Gallorum
alteram, pro sententia, decreto seu decisione judiciali: quam
& ipsis relinquimus, tanquam nihil ad institutum nostrum
pertinentem; tract. J. C. Anonym. de arrest. d. pag. 5. vers. & ita ar-
restum. Et manifestum est ex derivatione in utraque significa-
tione vocabulum arrestum, per duplex rr, scribi debere.

(4) Gail. de A. f. d. c. i. n. 1. Quod quoq; usurpat D. M A X I-
MILIANUS II. in Constit. de anno 1570. in Comitiis Spirensibus edi-
ta. §. Main auch die Arresta &c. sed Imperator ibi loquitur de
arrestis, quæ à Statib⁹ Imperii tantum invicem committuntur,
& Pignorationes, Pfandung / dicuntur; Ordinat. Camer. part. 2.
tit. 22. das von Pfandung und Gesangnen wegen &c. Cum qui-
bus arrestum nostrum, de quo impræsentiarum agimus, & in-
ter

ter quaslibet personas, etiam privatas obtinet, nihil communi-
ne habet; Vide Gail. tractat. de Pignorat. observ. i. n. 6.

(5) Interdictum namque, *impedimentum*, *Jus sistendi & detentio*, generaliora sunt, quam ut pro arresto propriè sic dicto promiscue, quod vulgo fieri animadvertisimus, usurpari possint; quippe quo hujus quodlibet suò modò & respectu generis loco stare possit: Genus autem cum sua specie non reciprocatur seu convertitur. Nec manuum *injectio* vocari potest; Cum manum injicere propriè verbò antiqui juris fiat, quoties nulla expectata Judicis autoritate rem nobis debitam, aut etiam nostram vindicamus; per l. 9. Titius ff. de serv. exportand. l. 10. sed si hac lege. §. 1. profutura. ff. de injus rot. Spiegel. in Lex. verb. *injicere manum*. At omnis arrestatio fieri debet authoritate & licentia Judicis; Vid. J. Propos. 9. Propos. 10. Propos. ult. Nec per eam res vindicatur, sed impeditur solummodo. Et id quidem multò minus, si manuum injectio accipitur pro *χειροσ θυλαιη*, quam Græci vocant, seu manuali apprehensione; qualis permittebatur in LL. XII. Tabb. adversarii in jus vocandi & rapiendi causâ, ut in illo loco: *Si calvitur, pedem ve' sruit, manum endo jacito*; §. 30. *de jur. privat. in comment. Pacii ad LL. XII. Tabb. & in arrestatione revera non contingit*; Bertach. in Repert. verb. arrestum. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. cap. 1. pag. 5. vers. Latinè *manūn injectio*. Sequestratio arrestationi in quibusdam affinis duntaxat est; vid. Tract. JC. Anonym. de arrest. cap. 2. pag. 7. §. Certum est; non verò ipsa arrestatio; vid. J. Propos. seq. 2. n. 10. *Saximentum* habet Ferrar. rubr. form. *sequestri seu saxamenti*; sed ibi idem quod sequestrum est; nec vocabulum istud hodiè usu amplius frequentari audimus.

(6) Cui æquipollent: *Kummer*, à cura & solicitudine, quam arrestum injicit debitori ad cogitandum de viis relaxandi arrestum; *Cöler*. de P. E. part. 1. c. 2. n. 73. *Zuschlag* / *Verstrickung*; quod arrestatione res seu personæ, quasi obserentur & laqueis includantur. Unde verba: *Verarrestiren* / *verkümmern* / *zuschlagen* / *verstricken*. Quibus respondent: *Hemmen* / *anhalten* / *verbieten* / *in verboth* / *gehorsam* / *verhaft* legen.

PROPOSITIO II.

Arrestum describimus, quod sit jus sistendi (7) rem vel personam debitoris (8) ad satisfaciendum creditori. (9) Quod nos, Galliū secuti, (10) in necessarium seu judiciale & voluntarium seu conventionale distinguimus. Et conventionale quid sit, habetur infra Propos. 16. Necessarium autem hīc esse describimus, quod iudicis decretō interveniente decernitur. Hoc subdividimus, quod aliud sit ex Jure communī consuetudinario; aliud ex jure provinciali consuetudinario; & aliud ex jure singulari seu privilegio.

(7) Arrestum dum Jus esse dicimus, perinde est, ac si diceremus esse potestatem seu facultatem jure tributam; arg. pr. Inst. de act. iunct. l. i. ff. de eo quod dict. loco dar. oport. Wesenb. in Parat. ff. de O. & A. n. 15. Cui rectē sistendi verbum additur; si quidem factō arrestō res vel persona debitoris sifstitur; vid. s. in exeges. propos. præced. l. n. 3. Quod tamen ita accipiendum erit, ut & arresto Saxonico competere possit; cum eō id agatur, ut bona arrestata arrestanti nexu cujusdam tacitæ hypothecæ præ reliquis creditoribus quasi sifstantur; Vid. J. Proposit. 13.

(8) Quæ sunt objectum circa quod versatur, seu occupatur arrestum; Vid. infra à Propos. 5.

(9) Quod tanquam finis ab arrestante intenditur. Nam ubi creditor se de suo periclitari videt debito, tunc adire properat iudicem, ab eōque petere, ut sifstantur res vel persona debitoris, donec sibi ab eō satisfactum sit; Vid. infra proposit. 12.

(10) De A. J. c. 1. n. 7. quem sequitur Tractat. J. C. Anonym. de arrest. c. 3. pag. 23. vers. porro quod supra dictum est. Ad exemplum, putamus, sequestrationis, cum qua arrestum affinitatem & convenientiam quandam habere certum est; sed tamen non tantam,

tantam, quod vult Coler. de P. E. part. i. c. 2. n. 184. ut arrestum & sequestrum unum idemque esse & solis differre vocabulis censendum sit; cum manifestum sit, ea disparata esse, & neo generis nec speciei ratione convenire; Vid. post Gædd. in rubr. extr. de sequestris. possess. & fruct. n. 19. Tract. JC. Anonym. de arrest. c. 2. pag. 9. §. differunt tamen.

DE ARRESTO NECESSARIO EX JURE COMMUNI CONSuetudinario.

PROPOSITIO III.

Arrestum ex Jure communi consuetudinario est, quod usus (11) in terris Imperii probavit. (12)

(11) De Jure enim communis scripto arrestum incognitum est; Berlich. part. i. conclus. 74 n. 3. & omnino prohibitum, tanquam species quædam executionis; Gail. de A. J. c. 1. n. 10. & n. 21. Coler. de P. E. part. i. c. 2. n. 15. Tract. JC. Anonym. de arrest. c. 1. pag. 6. à qua processus inchoandus non est; text. in l. un. C. de prohib. sequestr. pecun. vers. oportet enim l. 1. & ibi Dd. l. fin. 9. eos, quos C. de execut. rei judic. l. 58. si cum nulla ff. de R. J. Wesenb. cons. i. n. 45. Gail. observ. 148 n. 1. sed à citatione; §. fin. 3. omnium. Inst. de pæn. tener. litigant. tor. tit. ff. de injus voc. qui reliquis omnibus præponitur; ductò argumento ab ordin. rubric. de quo Everhard. in loc. argument. Legal. Gail. d. n. 10. Ejus enim prævia præmissio in omnibus judicis necessariò requiritur; text. in l. 47. de uno quoq; ff. de re jud. & ibi Gothofr. in not. junctâ. l. 29. non ita Divus Marcus ff. de adopt. Norstatis in process. jur. part. i. sect. 1. n. 1. Quod adeò verum est, ut nec Deus ipse sine ea in Adamum aliquid statuere voluerit; Gen. 3. v. 10. ibi: Adam ubi es? Sic quoque Luc. 16. vers. 2. dispensator ante omnia vocatur; Tract. JC. Anonym. de arrest. c. 3. ab initio. Ubi tamen notandum est, quod, quando arresta de Jure communi scripto prohibita esse dicimus, illud intelligendum tanquam sit de arrestis necessariis, sed judicialibus non verò voluntariis seu conventionalibus; Gail. de A. J. d. cap. 1. num. 7. quæ non prohibita esse certum est ob hanc vel maximè

ximē sationem; quia Prætor pacra servari jubet; text. in l. 7.
Juri gentium. §. 7. ait. Prætor. ff. de pacr. Quod non de rebus solum
intellectum volumus, sed etiam de personis; cūm & ad carceres
in causa civili se quis efficaciter obligare possit; Peck. de J. S.
c. 2. n. 5. nu. 10. Gail. 2. obs. 45. Tract. JC. Anonym. d. c. 3. pag. 23. vers.
porrò quod supra dictum est.

(12) Berlich. part. 1. d. conclus. 74. n. 4. Ex quo etiam facile
intelligilicet, quod arresta, ita consuetudine potissimum, con-
tra communis Juris regulas introducta, strictè sint interpre-
tanda, locumque habeant in iis duntaxat casibus, in quibus
consuetudine fieri permittuntur; per text. in l. 14, quod vero ff. de
LL. Quicquid enim est contrà Jus commune, illud stricti juris
est; teste Br. ad l. Casar. vers. secundò quero ff. de public. & vestigal.
simulque odiosum; Panorm. in c. quia intentionis extr. de privileg.
& ad c. olim. extr. de V. S. (quale vel ob id etiam arrestum est,
quod eō quis fruitione libertatis suæ privaturn; Peck. de J. S.
c. 2. n. 4. Notschis Process. J. art. 45. n. 3.) adeoque restringen-
dum; arg. l. 19. cum quidem filiam. ff. de liber. & posthum. Peck. de
J. S. c. 2. n. fin. 7.

PROPOSITIO IV.

Arrestare potest creditor (13) de debito
suo periclitans; (14) sive ipso debeatur in diem
sive sub conditione: (15) idque vel per se vel
per Procuratorem. (16) Tutor quoque ipsius
& Curator. (17)

(13) Quod extra dubium est, cum ipsius causâ & ratione usus
arresti potissimum introductus sit; Peck. de J. S. c. 3. pr. Creditor
autem hic non tantum is accipitur, qui pecuniam credidit,
sed omnis, cui ex qualibet causa debetur; text. in l. 10. creditores
cum seq. l. 11. creditorum. & l. seq. 12. ut si cui. pr. ff. de V. S. etiam
delicti; d. l. 12. princ. vers. sed & si. sive debitum in obligatione
dandi, sive faciendi constat; text. in l. 1. ff. de R. C. l. 42. n. cui §. 1.
creditoris. ff. de O. & A. Coler. de P. E. part. 2. c. 2. n. 2. & seq. 3. Ac. quia
quilibet creditor arrestare potest, poterit & I. Cessionarius &
hoc

hoc est, is qui Jus crediti à primo creditore sibi cessum habet; cùm hic translati in se actionibus Juris interpretatione primum creditorem repræsentet; per text. in l. 2. si nominib. C. de donat. prout & in l. fin. 23. ab Anafasio. C. mandat. expreſe creditor dicitur; in pr. vers. sed cum hi; ibi: transferant in alium creditorem. Peck de f. S. d. cap. 3. nū. 4. II. Consors litis; qui pro consorte age-re & excipere potest; text. in l fin. 2. commune negotium. C. de conſort. ejusd. lit. III. Socius; Nam socii quidquid agunt, in com-mune videntur agere; text. in l. 44. justissime. §. 1. proponitur actio. ff. de adilit. edit. ac proinde inter se tacitum aliquod mandatum habere dicuntur ad ea, quæ societati sunt utilia; Bl. ad l. nemo. ff. pro soc. Cujusmodi & arrestum esse per se liquidò patet; Peck. d. cap. 3. num. 7. IV. Persona conjuncta; quoniam hæc pro coniuncto sine mandato agere potest; text. in l. 35. sed & ha. pr. ff. de procurat. dummodò caveat, eum pro quo id facit ratum habiturum; d. l. 35. §. 3. defendere pr. Tract. jc. Anonym. de arr. c. 4. p. 27. vers. de conjuncta persona. Ei tamen sine creditoris mandato solvi non potest; argum. l. 3. non solum. ff. solut. matrimon. ubi Gothofr. in not. lit. (nobis) A. ad verb. utriusq; voluntas. Peck. dict. cap. 3. num. 8. V. Heres creditoris; quia is cum defuncto una censetur persona; text. in l. 59. heredem. ff. de R. f. & id etiam si intra tempus conficiendi inventarii existat; cùm eò non prohibeat alterius; Br. in l. fin. §. donec. C. de Jur. deliber. & ibi Gothofr. in not. lit. (nobis) C. adeoque etiam debitores convenire hereditarios; Peck. d. cap. 3. num. 9. vers. sed quia heres. Nec, si ex instrumento agendum esset, ei objici potest exceptio: *Tu non es nominatus in instrumento:* Cùm nominato creditore censeatur quoque nominatus esse & ejus heres; Bl. ad l. 1. C. quorum legat. Bart. ad l. postulante. ff. ad SC. Trebell. Nisi arrestandi licentia per particulam taxativam ad solum creditorem reſtricta fuerit; ut potè quæ affirmativè posita affirmat illud, quod ponit, & excludit seu negat omne aliud: adeò, ut excludat omnes alias personas & omnes alias casus præter expreſſos; Everhard. in Loc. argument. legal. à natura diſtior. taxativ. num. 2. per allegatos text. & Dd. Hospitans verò seu caupo. Jus retentionis tantum habere videtur, quod in tali caſu tacita hypotheca inducta esse censetur; facit l. 4. item quia pr. ff. de pact.

l. 4. eo jure. pr. ff. in quibus caus. pign. vel hypothec. tacit. contrahit.
l. 5. certi juris. C. locat. Post Br. in d. l. certi juris n. 5. & Negus aut. in
tract. de pignor. & hypothec. part. i. membr. 4. n. 138. & 141. Coler. de
P. E. part. i. c. 2. n. 249. & seq. 250. Besold. in Thesaur. pract. verb. Ar-
rest. pag. 3. col. 1.

(14) Periculum namque crediti in debitore ob fugae vel di-
lapidationis suspicionem arresti introducendi ratio seu causa fuit;
Cui hodiè succenturiata est, arrestantis utilitas; de qua infra Pro-
posit. 9. n. 48.

(15) arg. l. 41. in omnibus bone fidei. ff. de judic. junctâ. l. 14. que-
stum est. pr. ff. de pignor. & hypothec. Et l. 27. omne es. ff. pro soc.
junctâ. l. 16. cum socii. ff. commun. dividund. Cum is, quoad hunc
effectum, qui hic per arrestationem intenditur, ut sibi cavea-
tur de solvendo adveniente die vel existente conditione; Col-
ler. de P. E. part. 2. c. 3. n. 111. verus sit creditor; per text. in l. 10.
creditoris. ff. de V.S. ibi: sive pure, sive in diem, sive sub conditione;
idque non aliter, quam cum periculum est de fuga; Peck. de J. S.
c. 4. n. 7. Nec ad rem pertinet, quod aetio creditori ante condi-
tionem existentem nondum competat; text. in l. 54. conditio-
nales. l. 213. cedere diem; ibi: Alciat. ff. de V.S. veluti qui exceptio-
ne plus tempore petitionis removeri possit; arg. l. 7. Fulcinius
§. 14. si in diem; ibi: quid enim interest, debitor quis non sit, an non-
dum convenire posse. ff. ex quibus caus. in poss. eat. Cum & excom-
municatus arrestare possit; Peck. de J. S. c. 3. n. 1. qui agere ne-
quit; nec per se; text. in c. 7. intelleximus & ibi Joan. Baptif. Vivian.
in ration. Jur. Pontific. extr. de Judic. nec per procuratorem; per
text. in c. fin. 15. Consultissimus. extr. de procurat. c. 5. cum inter Prio-
rem, & ibi Felin. extr. de except. Wiesbad. in Parat. ff. de Procurat. n. 4.
Quid? quod etiam conditionalis creditor in possessionem mit-
ti potest; text. in l. 6. in possessionem. pr. ff. quibus ex caus. in posses-
sat. & ibi Gothofr. in in not. lit. (nobis) O. Vid. Tract. JC. Anonym. de
arrest. c. 4. p. 25. §. dictum est. Heig. part. 2. qq. Jur. tam Civil. quam
Saxon. q. 7. n. 93. Möller. 2. semestri. 23. n. 2. & seq. 3.

(16) Tract. JC. Anonym. de arrest. c. 4. pag. 25. versi potest au-
tem & imprimis facit l. 11. refectionis. §. 1. si prope. ff. commun. pred.
ubi dicitur, quod illud, quod per me facere possum, possum.
etiam facere per ministros meos: cuiusmodi sunt procurato-
res;

res; text. in l. 1. ff. de procur. & ibi Wesenb. in Parat. n. 2. Licet is ad hoc non speciale, sed generale tantum exigendi à debitore debiti liquidi solutionem habeat mandatum; propterea quod qui vult consequens, etiam velle videatur necessarium antecedens; arg. l. 2. cui Jurisdictio. ff. de jurisdic. l. 56. ad rem mobilem. juncta. l. 65. ad legatum. ff. de Procurat. Et iussus generalis contingere videatur omnia, quæ certâ lege vel ratione non inveniuntur prohibita: quandoquidem tantum operatur mandatum generale, quoad genus, quantum speciale, quoad speciem; per l. 1. §. 1. iustum autem ff. quod iussu. Peck. de f. S. c. 3. n. 3. vers. contra tamen. Quo referri potest lator seu exhibitor literarum obligatoriarum, quibus cautum est, ut earum possessor sive exhibitor solutionem consequatur. Nec requiri videtur, ut probet istas sibi à creditore esse traditas; cum eō ipso, quod habet, præsumatur à creditore habere; per ea que habet Boër. decif. 154. & Peck. d. c. 3 n. 5. Quid fidejussione arrestare possit eum, pro quo se obligavit? Omnidem; nec is tantum, qui solvit, sed is etiam, qui ipse saltem timet arrestationem per ea que tradit. Jas. in l. si que mulier. n. 25. C. de SS. Eccles. Br. in l. fidejussione. §. 2. num. 26. ff. famil. hercic.

(17) Quia hi dominorum loco habitentur; text. in l. 56. interdum. §. 4. qui tutelam. ff. de furt. l. 27. tutor qui tutelam. ff. de administr. & pericul. tutor. l. 7. qui fundum. §. 3. si tutor. ff. pro emtor. Coher. de P. E. part. 2. c. 2. n. 30.

PROPOSITIO V.

Et arrestantur res vel personæ debitorum. Ac quisquis quidem (18) debitor; (19) sive laicus sit, sive clericus: (20) Imò is quoque, in cuius bonorum possessionem creditor jam mislus est. (21) Nec dubitamus mulierem etiam sisti posse. (22)

(18) Sive conditionalis sit sive in diem; secundum ea, quæ Proposit. antecedent. 4. n. 15. dicta sunt. Nec refert, etiamsi constet, debitorem solvendo non esse; cum tunc ad hoc damnari possit, ut si aliud non habet, & cedere bonis non velit, non vè

possit, deductis alimentis creditoris satisfaciat; arg. l. 43. Senatus enim, §. fin. 3. qui ab hostibus ff. de legat. l. l. 20. qui testamento. S. 1. potestatus. ff. qui testament. fac. poss. aut creditoris liberaliter, mo- reque aliorum inserviat; juxta ea que notat Bl. ad l. ob as alienum. in vers. extra C. de O. & A. Gl. & alii ad l. 2. §. tutores ff. de suspect. tut. & ad l. nemo. C. de exact. tribut. Peck. de f. S. c. 4. n. 3. Quod licet de Jure Civili ambiguum sit, propter d. l. 12. ob as alienum; tamen de Jure Saxon. nihil quicquam habet dubii; text. in art. 39. L. 3. Landrecht. ubi dicitur: Wer do Schuld fordert vor Gericht/auf einen Mann/ der nicht gelten mag/noch Bürger sezen / der Richter soll ihm den Mann antworten für das Geld/den soll er halten gleich seinem Eingesinde mit Speise und mit Arbeit. & text. concordans Weichbild in art. 27. vers. Wird aber ein Mann vmb Schuld beklaget etc: juncta utrobiz, Gl. Tract. JC. Anonym. de arrest. c. 5. Regul. 1. ampliat. 2. pag. 29. At arrestari nequit debitor, qui tempore contractus non fuit solvendo; per text. in l. 19. qui cum alio ff. de R. f. adeoque creditor de paupertate conqueri nequit, qui pauperem, ut divitem acceptavit; Habet enim quod si imputet; per text. in l. 10. si ab arbitro. §. 1. qui ex causa & ibi Br. ff. qui satisd. cog. l. 13. qui bona fide. §. 6. de illo queritur. ff. de damn. infect. Bl. ad l. si is à quo §. si semel. ff. ut in possess. legat. Nisi creditor tum conditionem creditoris probabiliter ignoraverit, aut probari possit quod debitor creditorem dolô ad con- trahendum, tanquam cum divite, induxit; Peck. de f. S. c. 5. n. fin. 18. Tractat. JC. Anonym. c. 5. fallent. 9. Regul. 1. pag. 48.

(19) Sive ipse principaliter cum creditore contraxit, seu ipsius creditor fidem secundariò, & propter factum alienum fecutus sit, veluti sunt: I. Fidejussor; quia is debitor principalis seu rei locum obtinet; text. in l. 4. potest accipi. §. 1. fide- jussor. ff. de fidejussor. l. 29. adversus sententiam; ibi: nam τη δυναμις, id est, potestate à reo petit. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. 91. si ser- rum. §. 4. nunc videamus. vers. accessiones an perpetuant. ff. de V. O. Ejusque fidem creditor potissimum sequi videtur; per text. in pr. Inst. de fidejuss. Tract. JC. Anonym. & arrest. d. c. 5. Regul. 1. ampliat. 8. Quod quoque verum est de eo, qui ut principalis alterius sub- scriptis obligationi; ad quod inducitur text. in l. 26. fidejussor. §. 1. Pater Seio. ff. de pignor. & hypoth. Zaf. ad l. si ita §. Chrysogonus ff. de

V. O.



V.O. Peck. de J. S. c. 4. n. 8. II. Heres; quia heres & defunctus utiq; in
 Jure censentur una & eadem esse persona; Nov. 48. in presat. &
 ei heres in commodo & incommodo succedit; text. in l. u. viiiia
possessionis. C. de acquirend. & retainend. poss. Hinc q; ideò ad quod
 compelli potest defunctus, compellitur etiam heres; text. in
 l. 44. postulante Sticho. in pr. paulo post med. ibi: Ceterum existimo &c.
 ff. ad SC. Trebell. Iaf. ad l. divortio. S. interdum. nu. 6. ff. solut. ma-
 trim. Nec ex persona heredis qualitas, sed natura debiti altera-
 tur; text. in l. 2. stipulationum quadam. S. 2. ex his igitur pr. ff. de V.O.
 Peck. d. c. 4. n. 9. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Reg. i. ampliat. 9.
 III. Cives pro debito civitatis suæ; quando ea se & suos, suaq;
 & suorum bona sicut fieri solet, solenniter & cum eorum con-
 sensu obligavit; Peck. de J. S. d. c. 4. n. 13. Arrestatus tamen ita ci-
 vis & exactus indemnisi servari deberet per Magistratum seu Se-
 natum loci; quam ad rem vid. Berlich. part. 1. conclus. 76. num. 22.
 Et eadem quoque ratio esse videtur, si Senatus se quispiam ob-
 ligavit, & ex eo Senatores quidam mortui, aliique in eorum
 subiecti fuerint locum; facit text. in l. 76. proponebatur. ff. de
 judic. Nisi defuncti Senatores non officii ratione, sed proprio
 nominatim se obligarint nomine; & tūm successores arrestatio-
 ne constringi nequeunt; arg. c. 5. gratiose de rescript. in 6. Tractat.
 JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Reg. i. ampliat. 10. Q. An Instidores, quos
 nunc Factores vocant, arrestari possint? Negatur; quod is ar-
 restō impedire possit, qui suō contraxit nomine, arg. l. 11. que-
 cung. ff. de O. & A. non alienō, ut institor, qui nudum Ministeriu
 ad alterius, præponentis & domini, quæstum, seu commodum
 exercet; per text. in l. fin. 20. Lucius Titius ff. de Inst. act. Et suffra-
 gium fert D. AUGUSTUS part. 1. Novell. suarum constit. 30. in fin.
 pr. ibi: Wenn sie gleich den obligierteren Personen dienen / sollen mie
 keinem Arrest belegen werden. Berlich. d. part. 1. conclus. 75. n. 38. Nisi
 creditor in contrahendo institoris, potius secutus sit fidem.,
 quam dominii; aut si dominus ei pecuniam, quā satisfaciat, jam
 antea tradiderit, facit l. i. C. de O. & A. Caſt. ad l. Plautius ff. de procur.

(20) Nam in his, quæ spectant ad processum, etiam in foro
 Ecclesiastico servatur consuetudo Laicorum; per text. in c. pen. 3.
 cum venissent. extr. de eo qui mitt. in poss. caus. rei serv. and. Quæ ta-
 men arrestatio in foro Ecclesiastico fieri debet, eō quod laicus

clericum non iudicat; text. in Auth. statutum. C. de Episc. & Cler. c. 1. & 2. nullum iudicium extr. de for. competent. Peck. de J.S. c. 4. n. 11. Tractat. JC. Anonym. de Arrest. d. c. 5. Reg. 1. ampliat. 4.

(21) Post Bl. ad l. ignorare. C. de restit. milit. & l. 1. §. fin. ff. si quis jus dicent. &c. & Br. ad l. consenaneum. columni fin. vers. quero. C. quomod. & quand. jud. sent. profer. deb. &c. Peck. de J. S. d. c. 4. n. 15. Electio namque unius remedii executivj non præcludit viam alii, quando per primum non est satis factum creditoris; per text. in l. 24. persecutione pignoris. C. de pign. & hypothec Coler. de P. E. part. 1. c. 8. n. 38. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Regul. 1. ampliat. 3.

(22) Cum Peckio de J. S. c. 5. n. 10. ubi usum laudat. Quem approbat D. Augustus part. 2. Novell. suarum Constit. 21. §. Ob dan auch wol; ibi: vnd gleich wol hierüber sich (eine Weibesperson) wissentlich zu persönlichem Arrest oder Schorsam verschrieben/ oder beständig zugesaget / so were sie es auch zu halten schuldig / wann es wegen ihrer eigenen selbstschulde geschehen. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Reg. 1. ampliat. 5. Q. An frater fratrem arrestare possit? Negat post Ant. Tessaur. decis. Pedemont. 119 n. 1. & seq. per tot. Berlich. d. part. 1. conclus. 75. n. 23.

PROPOSITIO VI.

Arresto tamen constringi nequeunt Principum Legati; (23) milites; (24) ii, qui salvum conductum habent; (25) aut literas moratorias. (26) Nec is, qui pro qualitate debiti immobilia possidet; (27) aut bonis cessit. (28) Et notabiliter cadaver debitoris. (29)

(23) Qui Jus revocandi domum habent; text. in l. 2. consensisse. §. 3. Legati. pr. l. 8. si quis in legatione. ff. de jud. &c. in legatione impediri non debent; per text. in l. 26. de eo autem d. t. ff. de jud. Ex delictis tamen, sive ipsi admiserunt; sive servi eorum, coguntur iudicium pati; text. in l. 24. non alias. §. 1. Legati. ff. d. l. de jud. Sicuti & si in loco legationis contraxerunt, non inique coguntur ejus nomine iudicium accipere; text. in l. 25. si legationis tempore d. t. ff. de jud. aut si legati ipsi agere & alios convenire velint, tum compelluntur se adversus omnes defendere; text. in d. l. 2. §. Item

§. Item si extra. vers. sed & si agant ff. d. t. de jud. & licet reconveniri possunt vi reconventionis; per text. in l. 14. cum Papinianus C. de sent. & inter loc. omn. jud. Giseber. de reconv. c. 2. n. 9. c. 10. vid. Peck. de J. S. c. 5. n. 7. Tr. J. C. Anon. de arr. c. 5. Reg. i. fallent. 5. Quale & jus revocandi domum ii. habent omnes, qui ex necessaria & probabili causa peregrinatur; veluti sunt, qui causâ testimonii dicendi aut judicandi; d. l. 2. §. 3. prff. d. t. de jud. aut justificande appellationis evocantur; d. §. 3. vers. ei quoq; Berlich. part. i. concl. 75. n. 27. & seq. 28.

(24) Gl. in l. nepos Proculo & ibi Dd. ff. de V. S. in expeditionibus occupati. Quod ad eos quoq; extenditur, qui commeatum advehunt, vulgo Marchendente; urg. l. 5. semper. §. 3. negotiatores. ff. de jur. immunit. l. 3. nullam vim C. de navicular. n. 1. Peck. d. c. 5. n. 5. Tractat. J. C. Anonym. de arrest. c. 5. Regul. i. fallent. 6.

(25) Datus enim salvus conductus non solum ad veniendum, sed etiâ ad recedendum extenditur; Br. in l. 1. C. de navic. n. 1. Sichard. in Auth. Habita. n. 10. C. ne fil. pro patr. & in l. un. n. 2. C. de nund. Et fides per salvum conductum data omnino servanda est, remota omni amphiboliâ, aufz gusen teutschchen Glauben; per l. 1. pr. ff. de constit. pecun. etiam si hosti fuerit data; text. in c. 13. noli existimare. 23. q. 1. l. 5. conventionum. vers. publica conventionio. ff. de pact. Bl. in l. 1. §. non fuit. ff. de dol. mal. Data enim fide amplius hostis non est; Menoch. l. 3. de arbitr. Jud. quest. cas. 33. n. 26. Tractat. J. C. Anonym. de arrest. c. 5. Regul. i. fallent. 8.

(26) Peckius de J. S. c. 7. n. 8. dummodo fiducijs idonea super debiti solutione praebetur; per text. in l. 4. universa rescripta. C. de precib. Imper. offer. Befold. in Thesaur. pract. verb. Qui quennell. p. 633. col. 2. vers. & licet debitor. Secùs si absque cautione literæ hujusmodi dentur, ut fieri nonnunquam solet; nam tunc verisimile est, arrestum saltem Saxonicum locum habere posse; Tract. J. C. Anonym. de arr. d. c. 5. Reg. i. fallent. fin. 12. p. 50. vers. veruntamen. Principe enim debitori egeno peteti inducias solutionis tribuere posse; text. est in d. l. universa. Cuj. 2. obf. io. ad quiennale. Ḧt̄ τὸ πλεῖστον spacium; text. in l. fin. 8. cum solito more. à pr. C. qui bon. ced. poss. ultra quod concedi non posse tenet Castren. in l. quoties. in fin. d. t. C. de precib. Imp. offer. Quæ vero quando ab Imperatore vel Principe concedi debent, sanctum est à CAROLO V. in Comitiis Augustan. ann. 1548. in der Reformation guter Policy, tit. von verborbenen

dorbenen Kaufleuten. §. vnd nach dem sie zu zeiten ic. Et à RUDOLPHO II. in Comitiis Francofurtensis de anno 1577. tit. 23. von verdorbenen Kaufleuten. §. fin. Wann auch solche verdorbene Kaufleut.

(27) arg. l. antepenul. 15. sciendum est. pr. ff. qui satiad. cog. Coler. de P. E. part. i. c. 2. n. 10. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Reg. i. fallent. 10.

(28) arg. l. 1. & l. fin. 8. cum solito more. à pr. C. qui bon. ced. poss. Nov. 155. c. 1. de his edicti. pr. Wefsin Parat. ff. de bon. poss. n. 6. Quod tamen de Jure Sax. aliter se habet, secundum ea que supra diximus Propos. 5. n. 18. Wefsenb. loc. d. n. 3. Coler. de P. E. part. i. c. 7. n. 18. & post hos Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Regul. i. fallent. 11.

(29) Ut ejus impedianter exequia. Quod hodiè jura sub pena infamie, confiicationis tertiae partis bonorum amissionis debiti & restitutionis tantundem fieri prohibent; Nov. 60. c. 1. & inde desumit à Auth. Item qui C. de sepulch. violat. Peck. de J. S. c. 5. n. 17. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Regul. i. fallent. 1. pag. 40. vers. Limitatur notabiliter. Nunc Q. An Comites, Nobiles, Doctores, & aliae egregiae personæ arrestare possint? Négant id plerique: sed ut fermè omnes hoc de facto non servari conqueruntur; Ita disputationi causa jam à parte creditoris stabimus: hac subnixa ratione, quod generaliter cogente vel necessitate, vel suadente utilitate; vid. infra Proposit. 9. n. 48. arrestare licitum sit. An Studiosi? Intrepidè affirmamus; nec impedit Auth. Habita. C. nefil. pro patr. Cùm ea tantum hoc phibeat, ne ob alterius cujuscunq; provincie debitū ipsis damni aliquod inferatur, non q; ob debitum proprium sisti arrestariq; nō possint. Virg. Pingitz. q. Sax. 58. n. 23. ubi post Coler. P. E. part. i. c. 2. n. 127. testatur de quotidiana experientia.

PROPOSITIO VII.

Ex rebus verò arrestatur híc mobilis tantum; (30) sive ea tota sit debitoris, (31) sive cū alio communis. (32) Propria etiam; (33) & de stricta juris ratione res quoq; minima. (34)

(30) Quandoquidem res mobiles ejus duntaxat sunt conditionis, ut per eas debitorem sistere & detinere possimus; cùm ē diverso immobilium possessor coram judice, ubi res sita est, competenti jure conveniri debeat; text. in l. 2. si quis alterius. C. ubi in rem act. exerc. deb. Peck. de J. S. c. 5. n. 15. Confer n. 27. Prop. prel. 6.

(31) Peck.



(31) Peck. de J.S.c.5.pr.Tract. J.C. Anonym. de arrest.d.c.5. Regul. 2. ab initio. Quinimò q̄ quis debet debitori nostro arrestare possumus; arg.l.2.in causa C. quand. ff. sc. vel priv. deb. &c. l.21. heres cū debuerat. in fin ff. ad SC. Trebell. Peck. de J.S.c.4.n.10. Col. de P.E. part. 2. c.3.n.485. &n. antepen. 495. Licet debitoris nostri debitor, debitor noster non sit; Bl. in c. ceterū. extr. jud. Cagnol. in l. 47. consili. §.1. socii. ff. de R. f. Ac si debitior debitoris nostri vigore arresti nobis solvat, ipse à creditore suo liberatur; arg.l.27. Paula Callinico. §.2. Julianus Severus ff. de Leg. 3. post Dyn. & Br. in l. creditor. in pr. ff. de solut. Ferrar. in form. sequeſt. seu saximent. gl.2.n.2. circa fin. vers. Et eodem modo. Quamvis tamen invitus creditor relictō suō debitore experiri adversus debitorem debitoris sui non cogatur; text. in l.13.eum qui C. si cert. petat. l.13.eum cui C. de O. & A. Tract. J.C. Anonym. de arr. d.c.5. Regul. 2. ampliat. 3. Sed an ipsum debitorem debitoris nostri quoq; sistere possumus? Affirmamus cum Berlich. part. 1. conclus. 57. n. 13. & seq. 14.

(32) arg.l.6. si quis putans. §.8. si fundus communū ff. commun. divid. quō tamē casu istiusmodi debitior socio suo de damno ipsi⁹ in altera parte accepto tenetur; per text. in l.3.in communī. pr.l.20. si is cum quo ff. d.c. comm. divid. Peck. de J.S.c.4.n.14. Tr. J.C. Anonym. de arrest.d.c.5. Regul. 2. ampliat. 2. Sed quid si res non communis, sed alterius sit, quae apud debitorem existit? Et tūm. nihilominus arrestari posse putamus, quia res ej⁹ esse p̄fsumitur, apud quē invenitur; arg.l.16. sive possidetis. ff. de probat. nisi aliud probetur; arg.l.sui. 28. res alienas. C. de R.V. q̄ debitor in continentia facere debet, si arrestum evitare vult; post Alber. ad l.2. C. ne ux. pro mar. Peck. de J.S.c.4.n.14. Res n. aliena arrestari negat, cū creditor nullā in eam jus habeat; text. in l.20. aliena res. pr. ff. depign. act. Ex quo sequitur, nec pro mariti aut patris debito res uxoris aut filii arrestari posse; tot. tit. C. ne ux. pro mar. & tot. tit. C. ne fil. pro patr. Peck. de J.S.c.5.n.13. Tract. J.C. Anonym. de arr. d.c.5. in fin. vers. Coronidis loco.

(33) Quippe arrestatio non sit novi juris adquirendi causa, sed duntaxat. ut res impediatur: ut ita nulli affirmare dubitemus, quin & res nostra apud tertium existens, quam ab eo forsan, qui eam nobis surripuit, emit, sibi possit. Et hanc sententiam tenerfas. in l. si fidejussor. §.fin. ff. qui satisfied. cog. Gl. in l. sed et si §. ul. ff. de jud. & communem dicit Joan. de Plat. ad l. cum negat C. de incol.

(34) Cūm etiam actio, cuius quoddam præparamentum arrestationē esse dicunt, ob rem minimam detur; *text.in.pr.Inst.*
de vi bon. rapt. & pasim in ll. excepto dolō, quo de agi non potest,
nisi ob summan minimam duorum aureorum; *text.in.l.9.* si quis
§. 5. fin. meritò cūm l. seq. 10. ff. de dol. mal. Sed tamen indecorum esse
videtur Peckio de J.S. c. 5. n. 14. propterei quod pro debito minimo
aliquis suspectus dici nequeat; *Bl. ad Auth.* sed jam necesse C. de do-
nat. aut. nupt. Roman. sing. 96. *incip.* dic mibi quod non potest. *Vid. Tract.*
J.C. Anonym. de arrest. d.c. 5. Regul. 2 ampliat. 5.

PROPOSITIO VIII.

Arrestari tamen nequeunt res Ecclesiæ; (35)
equi militū & arma; (36) instrumenta agricul-
turæ tam animata quam innimata; (37) &
here ditas intra novem dies Jure Civili. (38)

(35) *text.in.c.3. nulli licet. 12. q.2. l.21. sancimus. C. de SS. Eccles.*
Tract. J.C. Anonym. de arrest. d.c. 5. Regul. 2. fall. 2. Quod tamen de-
ea nos intelligendum esse existimamus arrestatione, que fit mi-
nisteriō judicis secularis, tanquam incompetentis; *text.in.c.12.*
si diligenter extr. de for. compet. Coler. de P.E. part. 2. c.3. n. 183.

(36) Peck. de J.S. c. 5. n. 4. ob utilitatē publicam; *Bl. in rubr. C. qui*
bon. ced. poss. Alciat. in l. nepos Proculo 125. ff. de V.S. veluti sine quibus
sua vocatio munus dextre obire nequeunt; *Col. de P.E. d.c. 3.*
n. 132. Quod privilegiū etiamnū militib⁹ sartum rectū consiste-
re ex eo manifestum est, q. ratio concessionis adhuc durat; *Zas.*
conf. 6. Vaud. L. 1. q. 55. Heig. ad rubr. Inst. de testam. milit. nu. 4. & seq. 5.
Gail. 2. ob f. 118. n. 1. ubi id in Camera obseruari ait. Licet non defint,
qui negent, nostros milites, utpotè qui in bello sunt legnes, in
pace tu multuosi, pristinis militia gaudere privilegiis; *Jaf. in*
Auth. si qua mulier. n. 7. C. de SS. Eccles. Kling. in tit. Inst. de testam. mi-
lit. Tract. J.C. Anonym. de Arrest. d.c. 5. Regul. 2. fallent. a. Sed an libri
scholarium arrestari possint? Omnino censemus. Nam cum nul-
libi in Jure reperiatur, libros Studiosorum ab executione esse
immunes; nec isti erunt liberi ab arresto, tanquam quadam
executionis specie. *Virg. Pingitz. d. quest. Saxon. 5. n. 23.* An Salaria
Professorum, Advocatorum, Medicorum? Non; nisi in subsidium &
si alia deficiant bona, quib⁹ satisfacere possint; *arg. text. in l. 4. si-*
pedia.

pendia. C. de execut. rei judic. lbi: cum rem iudicata posit alii rationibus
exequi. An alimenta? Negatur; propterea quod in bonis alicujus
alimentis, destinatis executio denegetur; text. in l. 33. si pupillus.
pr. junct. à l. fin. 39. pupillus si. pr. ff. reb. auctor. jud. posid. Et ita usus ob-
servat ac pronunciari solet. Moll. ad Conflit. Electoral 29. part. 1. n. 13.

(37) arg. l. 7. executores. l. seq. 8. pignorum & Auth. agricultores.
C. quæ res pignor. obligar. non poss. Sichard. ad rubr. C. de pignor. & hy-
pothec. n. 5. Peck. de J. S. c. 5. n. 16. idq; etiam ob rei rusticae & agri-
culture utilitatem omnium communem; Coler. de P. E. part. 2. c. 3.
n. 187. Quod si ramen & hic debitori non alia fuerint bona,
quam talia instrumenta, in subsidium arrestari & executioni
subjici possunt; Hippolyt. de Marsil. in rubr. ff. de fidejuss. n. 202. Coler.
de P. E. d. c. 3. n. 3. n. 189. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 5. Regul. 2. fall. 6.

(38) Nov. 115. c. 5. hec autem. §. 1. meminimus & inde desumus
Auth. sed neg. C. de sepulchr. viol. Ait Jure Sax. intra 30 dies; Gl. in
art. 22. L. 1. Landr. ubi dicitur: Der Erbe soll sich vor dem dreyssigsten
niches unterwinden/ also müssen auch die Kläger oder die thun/ den
man schuldig. Vor dem dreyssigsten soll man auf des Erbes Schuld
nicht klagen. Ecce text. in art. 15. L. 1. Landr. Tract. JC. Anonym. de arrest.
d. c. 5. Regul. 2. fall. 1. p. 54. §. Econtrariò fallit. Ad hujus propositionis
calcem Q. An liberi res seu bona parentū arrestare possint? Ne-
gamus cum Berlichio d. part. 1. concl. 74. à n. 10. Cum isti nullā aetio-
nē adversus parentes instituere possint, quæ ipsis afferat igno-
miniam; arg. l. 11. non debet dari. §. 1. quibusdam personis ff. de dol. mal.
quam infert arrestum; Gail. de A. J. c. 1. n. n. Coler. de P. E. part. 2. c. 3.
n. 154. & seq. 155. Quod idem n. 16. ad vasallum quoq; extendit.

PROPOSITIO IX.

Debet autem arrestum hoc à Judice (39)
decerni (40) competenti, (41) ad creditoris
instantiam. (42) Quidam quidem antequam
fiat, exponendum erit (43) ei ab hoc breviter,
(44) sed verisimiliter, (45) quomodo ei debi-
tor obligatus sit, quodq; fugax (46) vel dilata-
pitationis (47) sit periculum. (48)

C 2

(39) Cujus

(39) Cujus est pro consideratione circumstantiarum arre-
stum decernere vel recusare; arg. l.7. si fidejussor §. fin. 2. si sat is datū
ff. qui sat id. cog. Et adiri is potest, sive in loco judicij, sive extra
eum; Coler. de P.E. part. 3.c. 4. n. 5. arg l. 4. à procedente. C. de dilat. l. 3.
bona autē. §. 8. si causa cognita ff. de bon. possess. l. 2. utile tempus. §. 1. dies
bon. possessionis. ff. quis ord. in posses. serv. Moller. 3. semestr. 44. n. 5. vers.
sed contrarum & seqq. Tract. J.C. Anonym. de arrest. c. 8. pag. 83. vers. in-
primis itaq. Quid si a duo fuerint creditores, quibus de fuga debi-
toris irnotuit, quorum alter judicem in transitu adiit petitiq;
arrestum, quem judex post certam horam redire jussit, & arre-
sti à se imperati tempus domi in librum suum retulit: mox et-
iam alter, quasi prævertens, judicem nunc in domo sua accedit
deq; arresto sollicitat, & simul impetrat, quisnam ex his duo-
bus prioritatis gaudebit privilegio? Nos cum Moller. 3. semestr. 44.
n. 14. censemus eū, qui prior petuit, non verò qui prior impetrat-
vit. Nam quamvis ad petitionem creditoris prioris petentis,
certa judicis declaratio non sit subsecuta, consensisse tamen æ-
stimatur eō ipso, quod tempus annotavit, atq; ita arrestum cō-
cessit, cum causam denegandi nullam haberet; arg. l. 37. dotem
voluntate filie. ff. solut. matrim.

(40) Quamvis n. debitor fugitivus, resq; ejus, in quibus est
amotionis periculū, propriā creditoris autoritate capi possint;
per text. in l. 10. ait Praetor. §. 16. si debitorem ff. que in fraud. cred. meli⁹
tamen est, tutius, honestius & civilius per judicē arrestum fieri;
id quod etiam in plerisq; aliis obtinet casib; vid. text. in l. 7. si
alius §. 3. bellissimē. sub fin. ff. quod vi aut clam. l. 81. si stipulatus sim. §. 1.
si tamen sub fin. ff. de solut. l. 7. si pupillorum. §. 1. si pupillus in fin. ff. de
reb. eor. qui sub tutel. &c. l. 3. creditores. C. de pignor. Cujac. 16. ob. l. 12.

(41) Competens a. judex hoc loco non is tantum dicen-
dus est, cuius jurisdictioni quis suppositus est aut ratione deli-
cti, aut ratione contractus, aut ratione domicilli, aut ratione
rei; (quibus modis aliquis regulariter forum sortiri dicitur in
c. fin. 20. licet. extr. de for. compet. & Gl. in l. heres in verb. debet. ff. de
jud.) sed quilibet Magistratus, qui debitorem fugae ratione su-
spectum intra territori sui limites & fines detinendum curat;
licet alioquin incompetens sit; arg. l. 1. C. ubi quis de curial. vel cobor-
tat. alia. condit. conven. Cum hic incompetentia propter necel-
litatem & æquitatem, quæ militat pro creditore, attendenda
non-

non sit. Quam ad rem scitè & eleganter ait Joh. Emér. à Rosbach.
in prax. civil. tit. 28. de arrest. n. 17. & seq. 18. Quamvis incompetenti
judicii impunè non pareatur; text. in l. fin. 20. extra territorium. ff.
de jurid. mores tamen nostri quemcunq; Judicem in loco suæ
jurisdictionis in hac re competentē faciunt, nec debitor suspe
ctus incompetentiam proponere & remissionē ad forum suum
postulare potest. Quod etiam in fugitivo seu vagabundo obti
net; cùm is totum mundū forū habeat, & nullib; de incompe
tentia fori excipere possit; Joan. Baptif. Cacialup. tr. de suspect. de
bit. q. 4. n. 3. Peck. de J. S. c. 7. n. fin. 9. Col. de P. E. part. 2. c. 1. n. 89. & seq. 90.
& tunc locum habet illud: ubi te invenero, ibi te judicabo; Pa
norm. in c. fin. n. 13. extr. de for. compet. Azo in d. l. 1. C. ubi quā de curial.
vel cohort. Tr. J. C. Anonym. de arrest. c. 6. pag. 63. n. 3. Quā fine quoq;
hodiè ab Imperatore diplomata, quas literas patentes vocant,
offene Patent oder Käyserliche Befehl/ contra ejusmodi fugitivos
concedi solent, ut ubivis locorum in Imperio deprehensi citra
ullam exceptionē arrestentur; daß sie auff Recht allenhalben im
S. Röm. Reich angehalten werden mögen. Gail. tr. de pign. obs. 1. n. 6.
Et in his quidē terris Sax. competens Judex est Judex inferior,
der die Erbgerichte hat; non a superior, nisi hic inferiori jurisdictionem
cumulativē non privativē concesserit; & tūm in ar
bitrio creditoris est, vel hunc vel illū adire; Col. de P. E. part. 2. c. 1.
n. 146. & seq. 147. & in c. olim. 7. x. de præscr. n. 30. Berl. p. 1. concl. 74. n. 60.

(42) Quā pro arrestō decernendo judicis implorat officiū;
quod ipse ad privatam partis utilitatem regulariter non im
pertit, nisi imploratus; per text. in l. 4. dies cautioni. §. 8. hoc autē
judicium. ff. de damn. infect. & Dd. communiter; ne ipse qui inter u
tramq; litigatorū personā medius esse debet, ut loquitur Imper.
Constantinus in l. 22. ubi pr. C. ad L. Cornel. de fals. se quodammodo
parte cōstituere videatur; Peck. de J. S. c. 11. n. 3. Nec quicquam po
test judex in iis, de quibus nihil compertum habet, decernere;
multò minus non roganti justitiam administrare; arg. l. 68. ad per
emtoriū; ibi: ut primo quā petat. ff. de jud. & per ea, que tradit Marant.
de ord. judic. part. 6. n. 15.

(43) Nam cum arrestum ignominiam inferat, ilud judex
non debet præcipitanter & præproperè decernere, sed prius
causā salte sumariè examinare; quā de videatur Geil. de A. J. c. 1. n. 11.

(44) Nam sufficit pro impetratione arresti creditorem ju

dici aliqualem fidem facere; Peck. de J.S.d. c.11.n.3. Coler. de P.E. part.3.c.7.n.16. Planè tamen si reus negaverit debitum, plenariè id probare debet, aut siat relaxatio absq; omni cautione; Panorm. in c.2 n.22. extr. de sequest. possess. & fruct. Schurff. cent.3. conf.6.n.4.c.8.

(45) Vel per ostensionem instrumenti obligationis; vel per testes, si forcè syngrapha ad manum non adsit; vel deniq; alia aliquà legitimà & summarìa probatione, per quam judex, qui diligenter curare debet, ut citra omnem injuriā causa instituitur, ita aliquò modò credere potest, verū esse quod assertur; post Barbat. & Rebuff. Peck. de J.S.d.c.11.n.3. Imò si in mora periculum sit, sufficit confirmatio per juramentum; cùm consuetudinem tam ex etiam probationem, in forensibus præsertim & extraneis, non requiri, & arrestum ad solam quoq; creditoris assertione concedi videamus: Quam tamen consuetudinem non incoctè accipiendam esse graviter monet Peckius d. c.11.n.5. sed Judex rationem personarum habere debet, & quid in hujusmodi negotiis aequum sit, prudenter discutiet; juxta ea quæ notat Hippolyt. de Marsil. ad l. questioni. ff. de quest.

(46) Arg. l.7. si fidei usor. s. fin. 2. si sati. datum. ff. qui sati. ar. cogant. Et quidem de fuga, ut suspectus quis dicatur, signa evidētia esse debent, quæ non vulgarem, sed fide dignam move-re possunt suspicionem; de quibus vid. Peck. d.c.11. n.2.

(47) arg. l. nam is nullam ff. de dol. mal. ad quam probandam quæ requirantur; vid. Ferrar. in form. sequestr. seu saxon. g!.2.n.2.

(48) Quod facit ut arrestum contra cives etiam exerceri soleat, qui aliàs juxta consuetum judiciorum ordinem coram suo judice conveniri debeant; & non nisi forenses seu extranei regulariter, veluti contra quos alia non suppetunt faciliora remedia, sibi arrestariq; possunt; Peck. d.c. pr. & seq. n.1. Quamvis tamen hodie arrestū tam arctis finibus non concludatur, semperq; ad aliquam restringatur periculi necessitatē, sed latius pateat, ejusq; etiam usus ex sola arrestantis consistat utilitate; Peck. de J.S.c.2.n.2. Ceu cujus causa licet est benigniorem in leges admittere interpretationem; per text. in l.13. nam, ut ait Padius ff. de LL. Quæ e quidem utilitas seu portius aequitas ex utilitate promanans respicit ad commoditatē & facilitatem convenienti- di & sustendi debitores, resq; eorum, ad hoc, ut facilitiori nego- cio & paucioribus sumtibus solutionem ab iisdem recipiant.

cre-



creditoris, quos obērati & maligni debitores multis excusationibus, tergversationibus & difficultatibus diū multumq; exagitārunt. Atq; hujus utilitatis respectu & intuitu arrestū in plurib. aliis permitti videm⁹ casibus, quos veluti ordine quodam recenset Sereniss. Elector Saxoniae, JOHAN. GEORG. t. 51. Ordin. judic. in pr. pag. 150. vers. *So wollen wir auch re qui locus videatur.*

PROPOSITIO X.

Quō ita factō decernit judex arrestum fieri (49) per apparitorem regulariter (50) ad mandatum suum, (51) sine citatione: (52) & terminum præfigit, intra quem actor libellum producere & æquitatē arresti sui probare tenetur; quō neglectō arrestum dissolvetur. (53) Ac ne judex damnū incurrat, cautē facit, si arrestū permittat cum clausula: *in quantū de Jure;* (54) simulq; cautionē recipiat *de indemnē servando* tribunal & refundendo expensas cum omni Interesse in casu succubentia. (55) Et si debitor arrestum contemnit, punitur pro judicis arbitrio & discretione. (56)

(49) Nam si hoc Judex denegaverit exindeq; creditorem laserit, tenebitur ei ad Interesse & ad ejus quantitatis, in qua creditor debitorem sibi habet obligatum, estimationem; arg. l. fin. 2. de eo qui, C. de pén. jud. qui mal. judic. &c. l. 4. ad Commentariensem C. de custod. reor. Berlich. d. part. 1. conclus. 74. nu. 90.

(50) Regulariter enim & ex communi observantia, nec minus entiori viā citatio, cui arrestum in effectu æquiparatur, fit per apparitorem seu nuncium juratum; arg. l. 5. apparitores. C. de exact tribut. n. 19. l. 1. C de spōrtul. Cujus relatio per actuarium ad acta ponī debeat, ut sit pars actorum & de legitimē facta execu-tione appareat; Myns. cent. 1. obs. 77. Nihil tamen dubitamus, quin judex ministrō publicō neglectō alteri privato vel ipsi etiā creditori mandatum arrestandi dare possit; cūm non tam factum denun-

denunciantis, quam mandantis considerandum veniat, quod vel sola judicis auctoritas causam justam faciat; arg. l. n. iuste pos-
fidet ff. de acq. vel amitt. possess. Atque hoc in primis, si periculum in mora sit, ob quod à communī observantia licetē secedi posse existimamus, tanquam necessitatis cujusdam postulatu; ex quo non solum interdūm à communium LL. decretis recedere, per text. in l. 10. Item quā univ. §. i. si usus ff. comm. divid. sed eas etiam refi-
gere fas est; text. in c. 8. non debet. extr. de corsang. & affinit.

(51) Absq; judicis enim mandato, nisi periculum in mora sit, serviens debitore alicuius arrestare nō potest; arg. l. 2. cum in causa C. si in caus. judic. pign. capr. sit. quod res hęc gravior sit, & non nisi cum ignominia ejus, qui arrestatur, fieri solebat; vid. J. n. 53. Cui tamen apparitor etiam non ostendenti mandatum parendū asserimus cum Peck. de J. S. c. 20. n. fin. 3. modo insignia apparitorū gerat, aut pro tali publicē habeatur; Cum consuetudo in his se-
quenda sit; Bl. ad l. neminē C. de exhib. rei. Jas. ad S. quadruplē J. de act.

(52) Jas. in §. supereft. n. 89. J. de act. Coler. de P. E. part. 3. c. 7. n. 15.
propterea ne fugiat debitor, aut res avertantur; Peck. de J. S. c. 4.
n. 6. Coler. d. c. 7. n. seq. 10.

(53) Ipso jure & sine ulla cautione: cūm non præstet impe-
dimentū, q; de jure non sortitur effectū; text. in c. 52. nō præstat de R. J. in 6. l. 8. si verò nō habuit à pr. ff. de bon. libert. & quia ita de facto censetur impetratū, etiā de facto relaxandū erit; Ferrar. in form.
sequestr. sed faximēt. gl. 2. n. 6. Peti tamē hīc debet relaxatio judicis fieri officio; q; in iis, q; ipso jure nō tenent, senecta declaratoria adhiberi soleat; per l. 1. C. de rescind. vendit. Myns. cent. 1. obs. 43. Sed an arrestū indebetē & injuriosē factū ex justa superveniente causa co-
firmari potest? Neg. cum illud ab initio nullū sit, tanquam pro-
pter nullā causam factū; arg. l. 1. §. 5. hec verba; ibi: nihil ei debet pro-
desse hoc delictū: quia propter nullam causam in possessionem missus est. ff.
ne vis fiat ei, qui in possess. miss. erit. Quod a. nullum & vitiosum est
ab initio; q; tamē in qua q; re potissimum inspicendū est; arg. l. 1.
ibi: Et certē cuiusq; re potissima pars principiū est. ff. de O. J. nō potest
tractu temporis cōvalescer; tex. in l. 29. quod initio junct. à l. pen. 210.
que ab initio ff. de R. J. c. 8. non firmatur. de R. J. in 6. Porro si quis ita
indebetē & injurietē arrestat⁹ fuerit, tenebitur ei actor seu arre-
stas ad refusionē damnorū. & ejus q; interest; arg. l. 5. quod te mibi.
ff. de R. C. ibiq; Dd. l. 1. C. de his, que ri metusv. caus. gest. sunt. Ferr. d. gl. 2.
n. 4.

n. 4. Col. de P. E. part. 2 c. 3. n. 39. vel injuriarum conveniri potest ex l. 5. diffamari. C. de ingen. manumis. Inuria siquidem magna est alicuius personā vel bona indebitē arrestare; arg. l. 31. si creditor & fin. s. quod si nec ff. de reb. auditor. jud. pos. l. 15. item apud Labeonem § 31. si quis bona ff. de injur. l. penult. 7. cum & filiis familiis. C. qui bon. ced. pos. Peck. d.c. J. S. c. 13. n. 2. Non tamen, (quod nimis durum & acerbum fore censet Peck. d. c. 13. n. 5.) propterea arrestator amittit jus crediti; quod videbatur Bl. in c. ad causam matrimonii in fin. ext. de offic. delegat. Dec. cons. 75. vers. & alia; nisi quando quis sine judice, propriā authoritate, arrestavit, adeoq; sibi ipse jus dicere voluit; text. in l. 13. except. enim. ff. quod met. caus. gest. erit l. penult. 7. creditores ff. ad L. Jul. de vi privat. Imò ipse etiam Magistratus, si insultum fieri permiserit arrestū aut illud idoneā cautione præstātā relaxare nolit, injuriarum conveniri potest; text. in l. 32. nec Magistratibus ff. de injur. Gail. de A. J. 6. 14. n. 1. Quemadmodum is etiam de damno & interesse in subsidium conveniri potest; per § 2. sciendum I. de satiadat. tutor. vel curat. l. 15. filius familiis. §. 1. judex. ff. de jud. At apparitor si precibus conductus, sordibus vè corrupeus arrestum fecerit, ab officio removebitur; Peck. de J. S. c. 19. persor.

(54) So viel von Rechts wegen geschehen kan; De cuius clausulæ magno effeclu vid. Bl. cons. 248. n. 3 vel. 1. Specul. in tit. depos. §. 7. videndum. n. 7. Coler. de P. E. part. 2 c. 3. n. 37.

(55) Juxta l. 9. si in fraudem. C. de Legat. Coler. de P. E. part. 1. c. 2. n. 116. & part. 2. c. 3. n. 40. Quam cautionem creditor præstare tenetur, alioquin arrestum ei non decernitur; Bl. in l. ult. C. de pan. jud. quimet. jud. n. ult. sub fin. vers. quero an judex in his. Berlich. d. part. 1. conclus. 74. n. 92. nisi arrestans forensis sit aut pauper, ut ejusmodi cautionem præstare vel fiduciarios habere non possit; tunc enim ad juratorium admittitur cautionem. vid. Berlich. d. conclus. 74. n. 93. Ac quantumvis ejusmodi cautelæ interdū abundant, nec videantur necessaria esse, nocere tamen non possunt; & securius semper est judicii superfluum admittere, quam necessarium omittere; pr. l. 94. non solent ff. de R. J. l. 17. testamentum & ibi Gl. C. de testam. Coler. P. E. part. 1. c. 2. n. 201.

(56.) Prout omnia, quæ judicis contemtū concernunt,
D eidem

eidem punienda relinquuntur; text. in l. un ff si quis jus dicent
non obtemp. ubi dicitur , q̄ judici concessū sit Jurisdictionē suā
defendere penalī judicio; idq; pro arbitrio suo. Nam ubiq; nq;
in jure nostro p̄cōnæ absolute sit mentio, semper intelligitur
arbitraria; Gl. singulariter & cōmuniter approbata in l 3 C. de S. S.
Eccles. Wesenb. in π. ff. de postul. n 7. Et licet Zobel. ad Gl. Eand. Dr.
L 1. art. 63. verb. Als ob er nie verfesset; & Dd. plerunq; hanc
constituant p̄cōnam, ut arrestū violans banniri & proscripti possit;
arbitratur tamen Coler. de P. E. part 3.c.ii. n.50. id contra eff.
fractores carcerum duntaxat in causis criminalibus locum ha-
bere, & mavult ex Massuerio eum, q̄i arrestum fregit, in cau-
sa pecuniaria ipsi factum, si deinceps deprehendatur, incarce-
rari tam diu posse, donec cautionem de solvendo debitum vel
stando juri præster; Massuer. in præt. forens. de subbastat. in pr.
arg. l. 4 relegati. l. 8. aut damnū §. 7. quisquis autē ff. de p̄n. vid.
Berlich. d. part. i. conclus 77. à n. 26 Ille autem, qui arrestatum
arrestō eximit, aut saltem arrestandum occultat, ut apprehen-
di nequeat, tandemq; effugiat, actione in factum, ex edito de
eo per quem factum erit, &c. ad id, quod interest tenetur; cūm
utroque casu is id operam dat, ut creditor ab obligatione de-
facto eximatur, & debitō spoliatur, quod fortè elapsō jam
debitore nunquam consequetur; arg. l. 3. ex hoc edito, ff. de eo
per quem fact. erit, & Peck. de J. S. c. 26.

PROPOSITIO XI.

Arrestari verò potest vigore consuetudi-
nis quocunq; tempore, etiam in summis fe-
riis: (57) non tamen in nundinis (58) ob de-
bitum ante eas factum. (59) Et debet locus, in
quo sistitur, quā rei reservationem esse tutus,
(60) quā ipsius verò debitoris detentionem
honestus (61). Arrestari autem potest in ædi-
bus sacris, monasterio, (62) & in domo debi-
toris propria. (63)

§7.Id



(57.) Id quod uno omnes affirmant ore; Gl. singul. & commun. approbat in l. fin. verb. fideiussionis C. de feriis. Gl & Bl. in c. fin. exer. eod. Sichard. in l. un. n.12. C. de probib. sequestr. pecun. Peck. de J.S. cap. 7 v.l. Moll 3. Schmehl. 44. Tractat. JC. Anonym. de arrest. cap. 6. pag. 64. §. Tempus quod attinet. Si nimis tardum ob suspicionem fugae debitoris in mora periculum sit; arg l. 1. §. 2. sed excepitius ff. de fer. l. 5. de pupillo §. 12. praterea ff. de nov. oper. nunciat. Necessitas enim legem non habet; arg. cap. 3. si quis extr. de furt. Gl. in l. un. ff. de offic. consul. Cagnol. in l. 126 que propter num. l. & in l. 19. qui cum alio num. 15. ff. de R. J. Wesenb. in n. ff. quemadmod. servie. amitt. n. 6. nec debent feriae aliquem damno afficere; Gail. 2. obs. 44. num. i. Et huc pertinet quod scite & prudenter JCtus quidam interrogatus, quidnam feriis agi licet? Respondisse fertur: Quod nocet pratermissum. Quam ob eandem necessitatis rationem quacunq; etiā noctis parte arrestari posse contendit post Peck. d.c. 7. num. 2. Tract. JC. Anonym. de arrest. d. §. tempus pag. 65. vers. Quin & non assimilazione, quamvis alias noctu judicia conticescere debeat, nec sententia definitiva ferri possit; Vant. de nullit. cap. 9 Ferrar. in ferm. sentent. diffinit. gloß. l. n. 16. Q. Au in ejusmodi casu etiam lite pendente arrestatio licet sit? Affirmativam tenet Peck. de J.S. cap. 4. num. 6. vers. Quinimò. quia litis contestatio damnum creditor i non debet afferre; text. in l. 68. non soler ff. de R. J. l. 8. compensationem ff. de compens. ne diligentia prosequentis jus suum damnosa ei sit; per l. fin. 3. ea qua, vers. Similiter. circ. med. C. de alluv. & palud. quod jura vigilantibus scripta sint; text. in l. 24. pupil- lus. vers. quid ergo sub fin. ff. que in fraud. credit. fact. sunt. &c. Ac licet aliqui pendente lite nihil innovandum sit; per text. in l. 1. ff. nibil innov. appell. interpos. cap. 7. non solum de appellat. in 6. tamen per litis pendentiam arrestatio, tanquam remedium extrajudiciale, non impeditur ex nova causa; teste Ripa ad cap. 1. num. 88. extra de jud. Dec. conf. 562. num. 8. Et in debitore suspecto multa licent, quæ alias non conceduntur; Jaf. in §. superest. n. 89. J. de act. Sichard. in l. un. n. 13. C. de probib. sequestr. pecun.

(58.) Per text. in l. un. C. de nundin. Job. Jacob. à Canib.
tract. derepres. n. 4. quashabend. jus datum est immemorali-
li temporis præscriptione vel beneficio Principis; Peck de J. S.
c. 7. n. 4. non autem in vulgaribus, quas vocamus Wochen-
märkte; Siehard ad rubr. & d. l. un. n. 1. C. de nund. Tract. J.C.
Anonym. de arrest. d. c. 6. vers. prohibitum tamen est. fall. 4 p. 69.
Idq; etiam sanxit D. AUGUSTUS part. i. Novell. suarum Con-
fite. 30. §. fin. Wir wollen aber sonderlich ic. Nisi debitum juratu-
sit; Matth. de Afflict. decis. Neopol. n. 5. Peck. de J. S. c. 7. n. 3. post
med. Berlich. d. part. i. conclus. 77. n. 5. aut debitor immunitati
nundinarum renunciaverit; Peck. de J. S. c. 9. n. 1. & 2. Berlich.
d. conclus. 77. n. 12. (Quam mentem d. confit. 30. esse ex rescripto
quodam D. AUGUSTI ad Senatum Lipsiensem doceat Moller. I.
Semestr. 12. n. 2.) aut nundinæ per integrum decennium cele-
bratæ non fuerint; quod temporis spaciò nundinæ cù suis amit-
tuntur juribus; text. in l. ff. de nund. Azo in d. l. un. C. eod. Tr.
J.C. Anonym. de arrest. d. §. prohibitum fall. fin. 7. Et ultimè. Cu-
jus prohibitionis causa in favore nundinarum posita est, ut
merces, quæ ad vitæ hujus sustentationē necessaria sunt, eò li-
berius & copiosius invehantur evanhanturque; Peck. d. c. 7. n. 3.
& d. c. 9. n. 2. Nec ea prohibitio in mercatoribus tantum locū
habeat, sed quibusvis personis ad locum, ubi habent nundi-
næ, negotiorum suorū causā venientibus; per text. in l. un. C.
de nund. ibi: ut nullum in mercatib. &c. & d. Conf. 30. §. fin. ibi:
Niemand's angehalteu werden / & ibi Dd. Tract. J.C. Anonym. de
arrest. d. §. prohibitum ampliat. 4. Quæst. An relegati, banniti &
hostes gaudеant nundinarum immunitate? Nequaquam; cum
Privilegia non sint ejus naturæ, ut extendantur ad sceleratos &
maleficos; text. in l. 2. has lege vers. in criminalibus. C. de pri-
vileg. Schol. 12. 30. Nov. 17. c. 5. à pr. non permittas privilegiis ali-
quibus uti nocentes; Bl. in d. l. un. C. de nund. Coler. de P. E. part.
2. c. 3. n. 163. Quæ prohibitio cessat quoad personam debitoris
statim atq; finitæ sunt nundinæ; Coler. d. n. 163. verb. finitio nundi-
næ & seq. n. 164. verb. statib. illis. D. AUGUSTUS d. §. fin. con-
fite. 30. ibi: Innerhalb der öffentlichen Märkte. Secus verò quoad
merces; si enim merces ipsis nundinis jussæ sunt avehi &
navis vel currus impediatur, quo minus justò tempore absit,
post

pot nundinas etiam absq; arresti impedimento evehi possunt;
& ita post Bl. in d. l. un. C. de nund. decidit Sichard. ibid. n.3. c. 4.
per l. 15. Cæsar. ff. de publican. & vñlig. l. 3. denig. D. Severus
§ 2. Seio etiam ff. de minor. Initium enim inspicimus Tract. JC.
Anonym. de arrest. d. §. prohibitum tamen est, pag. 68. fall. 3.
Cæterum nundinarum locus ut temporalis, ita localis est, ad
eum duntaxat locum restrictus, ubi nundinae celebrantur; non
ad alium aliquem intermedium itineris locum, per quem debiti-
tor ire redire vñ solet; per text. in l. un. sub fin. C. de nund. ibi:
ibidem concurrentibus & d. §. fin. Constit. Elec. 30. ibi: Inner-
halb der Märkte; & ibi Moller. n.10.

(59.) Tract. JC. Anonym. de arrest. d. c. 6. §. prohibitū.
p.67. fall. 1. vers. Limitatur notabiliter. Non autem ob illud,
quod in ipsis Contractū est nundinis; text. in l. 19. hares absens.
§. 2. proinde pr. & ibi Angel. ff. de Jud. Bl. & Saluer. in d. l. un.,
C. de nund. Peck. de f. S. c. 4. n. 5. & c. 7. n. 5. licet id in dictioni-
by Electoris Saxonie, quod sciat, non observari arrestatur Mol-
ler. 1. Semestr 12. n. 4. Nec observari debere nobis pro certo &
firmiter asserti posse viderur, propterea quod dicta Const. Elec.
30. postquam in pr. varia Dd. opinione rejicit, in §. fin. gene-
raliter omnes complectatur causus; ibi: In allen Fällen; item,
Rein Arrest; item, Niemand. Quod si tamen maxima & evi-
dens suspicionis sit causa, arrestum in omni casu etiam in ipsis
nundinis admittendū esse videtur hanc ob causam, quod & id
ex simili causa in feriis admittatur. At ubi eadem est ratio, ibi
quoq; eadem debet esse juris dispositio; per l. 32. illud ff. ad L.
Aquil. l. 8. in Titio, & ibi Gloß. ff. de V. O. Everhard. in loc. ar-
gam. legal. à simili. Tract. JC. Anonym. in d. fall. 1. pag. 68. vers.
Quod si tamen.

(60.) Quod eum spectat, in cuius custodiam res sunt
traditæ, ut de securitate loci prospiciat; cæterum si de ipsis
constiterit inuria, tenebitur de dolo & negligentia in id quod
interest; vid. Peck. de f. S. cap 30. per rot. fermē.

(61.) Arrestum namque non sit pœna infligenda, sed
tædii faciendi causâ; ideoq; etiam locus hac erit ratione com-
mensurandus, ut non pœna inferat rigorem, sed detentio-
nis tantum habeat oportunitatem; arg. l. 8. aut damnum. §. 9.

D 3 solent

solent. *Præsides ff. de pœn. quod de judec prospiciet; per text. in l. 9. judicij. C. de Episcop. aud.*

(61.) Cum arrestum, si in mora sit periculum, etiam fieri possit tempore feriato, per ea quæ dicta sunt, hoc proposit. n. 57. Nam à tempore ad locum valer argumentatio; arg. l. 22. vi-
num; ibi: *Cujus temporis*; & ibi: *Cujus loci. ff. de R.C. Everhard. in loc. arg. legal. à tempore ad locum. Moller. 3. Semesbr. 44. n. 4. vers. Sed convararium. Sed an etiam in Schola publica seu publico Universitatis auditorio?* Putamus; cum & in loco sacraut religioso, ut modò dictum, arrestari possit.

(63.) Nam quamvis dominus statutissimum cuique refugium atq; receptaculum sit; text. in l. 18. pleriq; ff. de in jus vocand. quia tamen per arresti denunciationem nulla infertur debitori vis nullaque extractio; arg. l. 4 dies. S. 5. Prator; ibi: verecundè au-
tem Pratorem denunciare debere non exorbit. de domo sua. ff. de
damn. infect. nihil impedit videtur, cur non in domo debitio-
ris privata seu propria arrestatio fieri possit; *Jas. in d.l. 18. n. 26.*

PROPOSITIO XII.

Ac fit arrestum eō fine & effectu, ut de-
bitor tædiō arresti (64.) affectus (65.) credi-
tori satisfaciat; vel solvendo (66.) vel idoneè
cavendo, (67.) vel cedendo. (68.) Quibus
tribus modis arrestum regulariter (69.) rela-
xari verum est (70.)

(64.) Etenim eō detentus vel ipse ire non potest, quod
velit, suaque negotia liberè agere & expedire, vel saltē res suas
locō mouere nequit, adeoque; iis pro arbitrio uti: quod certe
non molestum esse non potest acerbumque; gignere tædium. Nec
arrestatus locō discedere potest, etiamsi ab arresto appellaver-
it & appellatio adhuc pendeat; per doctrinam Br. in l. ab exe-
cutione n. 3 ff. quorum appellat. non recip. Tract. JC. Anonym. de
arrest. cap. 7. pag. 71. n. 1.

(65.) Sic enim debitores, qui alias ad solutionem somno-
lenti esse consuevere, & de die in diem dilatationes querere fac-
ilius

Nisi compelli possunt, ut diligentius cogitent de viis solvendi; aut, si ipsi solvere non possunt, nihil intermittent invenire cognatos seu alios, qui eorum nomine aut solvant aut aliter creditores reddant securos, quo in pristinam revertantur libertatem, liberamq; rerum suarum recipient fruitionem; atq; ita omne in signiori effugiant nominis nævum; Coler. de P. E. part. 1. cap. 8. n. 18. Gail. de A. J. c. 1. n. 15. Peck. de J. S. cap. 1. n. 4. Sed quibus sumtibus arrestatus alendus erit, an proprias alienis? Propriis putamus; cum id juris etiam in bonis sequestratis; text. in l. fin. 7. si quando. vers. Quod si ei; ibi: ita ut ex iisdem tantum litis summis & alimonia homini subministretur. C. de ordin. cogn. & in missione in possessionem observetur; text. in l. 5. sed si is. §. 3. an autem vendendi causa; ibi: diminuendi causa usq; ad id, quod alimenta ejus necessarium est. ff. de Carbon. edit. Et arg. Confit. Elect. 22. part. 2. §. Es soll aber das Gefängnis; ibi: So wird er selbst darauff zu dencken wissen / wie vnd waser ge- stellt er seine Unterhaltung haben möge. Nisi debitor evidenti & extremā prematur inopia, quo casu ipsi arrestans de alimentis prospiciat; arg. l. 27. si insituta §. 3. de inofficio ibi: placuit interīm propter inopiam pupille alimenta adversariis ei subministrare necesse habere. ff. de inoffic. testam. prout & illud requirit Gl. communist. approbat. in l. fin. verb. agnoscere C. de erogat. milit. annos 12. Iason. in l. pecunias. n. 2. §. 3. C. de Re. Jud. Peck. de J. S. cap. 28. n. 5. Coler. de P. E part. 1. cap. 6. à num. 103. Quid autem à creditore singulis diebus alimentorum nomine præstandum sit, cum conditio personarum inspiciatur, judicis arbitrio relinquendum est.

(66.) Quia solutione ejus quod debetur, omnis tollitur obligatio; text. in pr. J. quib mod. toll. obligat. eaq; tam principalis, quam accessoria; text. in l. 6. item liberatio à pr. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv. l. 43. in omnibus pccseb. ff. de solut. qualis arresto inducitur; Tract. IC. Anonym. de arrest. cap. 9. pag. 108. num 1.

(67.) Quod sit fidejussionibus vel pignoribus; text. in l. 7. si fidejussione fin. 2. si satis datum; & ibi Iason. n. 17 ff quis satis dar. cogn. Br. in l. literis C. de agricol. & cens. ii. & est communis practica, de qua testatur Coler. decis. 134. n. 24. Sed an ad relaxandum

